

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1119 - 1122

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

decanus, Eberhart edituus, Rudiger archidiaconus, Hesso scholarum magister, Gerolt prepositus, Berhtolt, Dieterich ceterique confratres eorum, Sigefrit, Hug, Friderich, Hunbrech, Gebeno, ^vÖdelrich, Otto, Burchart, Wolfram aliique eorum comparitatis perplures, quos enumerare longum est.

Data hec visa est regnante Henrico quarto dei gratia Romanorum imperatore 5
augusto, anno 1119^a 1.

Hoc ego Bruno cancellarius recognovi vice archicancellarii Adelberti Moguntini.

Aus Grandidier Hist. d'Als. II, 234 nr. 582 = Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 30 nr. 14 = Strobel Vaterl. Gesch. d. Els. I, 347 nach dem lib. sal. 1347 und dem cod. membr. 1357. Nur nach letztem Schöpflin Als. dipl. I, 193 nr. 245. — Böhrer nr. 2066; 10 Stumpf nr. 3159. Vergl. D. St-Chron. VIII, Allg. Eink. S. 17. Die Authenticität der Ueberlieferung scheint mir der ungewöhnlichen Formen wegen, in denen die Urkunde abgefasst ist (vergl. Ficker Beitr. z. Urk. II, 174), beanstandet werden zu müssen.

75. Kaiser Heinrich V erklärt die Dienstmannen des Straßburger Domcapitels für frei von allen fiscalischen Abgaben und Leistungen. 1122. 15

In nomine sanete et individue trinitatis. Henricus dei gracia quartus Romanorum imperator augustus. quamvis imperialium cura negociorum multociens impediamur, ut ad ea, que debitum nostrum deposcit, inclinemus, divine tamen respectu justicie inferioribus pro posse condescendere debito cogimur. | quidam enim fratrum Argentinensium majoris monasterii servientes nos necessitate compulsi 20 adierunt, jus suum ab antecessoribus suis sibi relictum ex quorundam presumptione rectorum sibi non bene cupientium depravatam esse lacrimabiliter conquesti sunt, qui eos ad diversa publica servicia non debita compellerent, que sufferre nequirent. quorum querimonie condolentes statuimus, statuendo precepimus, precipiendo comuni fidelium nostrorum consilio firmavimus, ut antecessorum suorum consuetu- 25 dinibus contenti suis dominis serviendo satisfaciant, de publico autem civitatis jure omnino alieni existant, sed sicut episcopi servientes ita isti solis dominorum suorum utilitatibus insistentes ab omni jure fiscali deinceps nostre auctoritatis instituto sint absoluti. | quod ut firmum et inconvulsum omni permaneat evo, hanc cartam inde conscribi testesque subscribi et sigilli nostri impressione jussimus insigniri. hii sunt 30 testes prescripte rei: Friderich dux Allemannie, Godefridus comes, Sigebrecht comes, Brun cancellarius et prepositus prenominate Argentinensis ecclesie, Sigefrit, Humbrecht, Hug, Friderich, Wolfram, Harger ceterique nobiles et ignobiles, quos enumerare perlongum est.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice 1122, indictione 15, regnante Hein- 35
rico quarto imperatore augusto, Friderico duce Allemannie.

Aus Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 50 nr. 20 = Grandidier Hist. d'Als. II, 242 nr. 587 nach dem lib. sal. 1347. — Stumpf nr. 3180.

a) Schöpflin 1108, 19 regnante.

¹ Nach dem Bericht des auch unter den Zeugen der Urkunde genannten Scholasticus Hesso über 40
das Concil zu Reims befand sich der Kaiser am Ende des September und im Beginn des October 1119
zu Straßburg. Vergl. Mon. Germ. SS. XII, 422—428. Jaffé Biblioth. rer. germanic. V, 353—365 und
Giesebrecht Gesch. d. deutsch. Kaiserz. III, 1218.